



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De sacerdotis Potestate, & Iurisdictione ac ce[n]suris. Quid sacerdos & quare sic dictus. cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

3
SVMMAE
Cardinalis Toleti.
COMPENDIVM

Ad cōmodiorem vsum tum Con-
fessariortum, tum Pœniten-
tium selectum.

R. P. D. Genesio Minucio Flo-
rentino à Rada Ordinis Val-
lisumbrosæ Auctore!

LIBER PRIMVS.

*De sacerdotis potestate, & iu-
risdictione, ac censuris.*

quid Sacerdos, & quare sic dictus.
Cap. I.

Sacerdos est VIR* Caltui ve-
sti Dei, diuina auctoritate,
determinatis personis con-

A ij

cessa firmiter deputatus. Dicitur Vir. Nā fœminæ diuino iure à Sacerdotii munere exploduntur. Cultui: Est autem hic cultus. Reuerentia Deo debita, quæ illi in altaris sacrificio, vt vero domino: in laudibus, vt omnium optimo; in Sacramentorum administratione, vt omnium salutis auctori, meritò tribuitur.* Veri Dei: vt ethnicorum Sacerdotes excludantur, falsis Diis inservientes.* Diuina auctoritate, quia nec vllus se, nec respublica quemquam propria auctoritate sacerdotem creare potest, sed hoc Deo soli debetur.* Determinatis personis: ad excludendam communitatem.* Firmiter, quia noui Testamenti Sacerdotium non est ad breue tempus, sed per characteris impressionem perpetuò duraturum. Sacerdos autem est dictus, quasi sacradans. Clericus, id est sorte electus. Presbyter, id est, senjor, ob iudi-

ci maturitatem, & reuerentiam
quæ ei debetur.

*In quibus differat Sacerdos euan-
gelicus à cæteris.*

Cap. II.

ET si in quolibet statu, naturæ,
Legis, & Gratia, Sacerdotes
D E O semper ministerium
exhibuerunt, ij tamen noui Te-
stamenti sex à priscis distant, qui-
bus & præstant. * Primò, quia
nostri diuina creantur potestate.
* Secundò. In sua institutione
gratiam gratum facientem &
indelebilem characterem reci-
piunt.

* Tertio Panem & vinum in
verum corpus, & Christi sangui-
nem conuertunt. * Quarto, Dif-
ferunt sacrificio, nam illi anima-
lia, isti sub speciebus panis & vi-
ni Dei filium offerunt. * Quinto,